

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Milicia p (II)

Quia, ut dicit Blesensis:

‘Nichil detestabilius est vicio prodicionis in milite. Licet Joab omnia fecisset fortiter, non tamen computatur in cathalogo forcium David, quia fortitudinem eius prodicio in Abner et Amasam denigravit.

[Petrus Blesensis.]

Nihil detestabilius est nota prodicionis in milite: licet Joab omnia fecisset fortiter, non tamen computatur in cathalogo fortium David, quia fortitudinem ejus proditio in Abner et Amasam denigravit.

Nichil detestabilius est nota prodicionis in milite. Licet Ioab omnia fortiter uicerit, non computatur tamen in cathalogo forcium David quia fortitudinem ejus proditio in Abner et Amasam denigravit.

Nihil detestabilius est nota proditoris in milite. Licet Joab omnia fortiter fecerit, non computatur tamen in catalogo fortium David, quia fortitudinem ejus proditio in Abner et Amasa denigravit.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 69 (PL 207, col.216A).

Sola fidelitas est que dilatat principis et populi gloriam, que pacem firmat et terrorem incutit inimicis.’

Scotichronicon, 4.47 (Watt ed., vol.2, p.412, ll.17-22).

Sola fidelitas est, quae dilatat principis et populi gloriam, quae pacem firmat, et terrorem incutit inimicis.

Chronica gentis Scotorum, 4.42 (W.F. Skene ed., p.185).

Sola fidelitas est que dilatat

gloriam populi que pacem firmat et terrorem incutit inimicis.

Petrus Blesensis in quadam epistola.

Manipulus florum, Milicia p

Sola fidelitas est, quae dilatat

gloriam populi, quae pacem firmat, et terrorem incutit inimicis.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 69 (PL 207, col.217A).